



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Regale Sacerdotivm

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1615

Cap. 9. Quæ dispositio sit Sacerdotib. necessaria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54698](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54698)

Homil. 69. Christi rescissi sunt, & auxiliij per diuinum eius
ad pop. & sanguinem inferendi meritorumque crucis eius
hom. 3. ep. ad incapaces. De hac consuetudine omnes pater
Phil. 5. Patres loquuntur, Chrysostomus, Augustinus &
lib. 9. con- Bellarminus.

fess. c. 11. Augustum & venerabile illud Sacrificium o
lib. 2. de mni etiam tempore oblatum fuit in gratiarum
missa c. 7. actionem ob victoriam Sanctorum iam caelestis
Missae ce- gloria perfruendum, ideoque Missae in eorum
lebratur sollennijs & festiuitatibus Sacrificium cele
in Sancto bratur, non quasi ijs Sacrificetur, vti obgan
rum me- unt haeretici, sed Deo Gratiae aguntur quod vi
motiam. ctorem ijs concesserit, de eaque Ecclesia gaudet
August. l. 8. & exultat.

de ciu. c. 27. Denique quemadmodum Sacrificium crucis
& Bellarm. generalis Thesaurus est & primarius, pro omni
li. 2. de Miss. bus Ecclesiae membris, tam praesentibus & vo
cap. 8. uentibus, quam futuris & defunctis: ita Missae
Sacrificiū Sacrificium vniuersale quoddam instrum
Missae the- tum & mediator ad aperiendum, & meritum
saurus ge- Thesauri vnicuique nostrum applicandum. Ha
neralis est. omnium omnino Scholasticorum Doctorum
 sententia est ac doctrina.

CAPVT IX.

Qua dispositio sit Sacerdotibus necessaria?

Puritas
 magna
 Sacerdoti-
 bus est ne-
 cessaria.

SI Dei locum in terra Sacerdotes tenent,
 eiusdem mysteriorum dispensatores sunt,
 angeli in hoc mundo, si Christi ministri Ec-
 clesiae illius Principes, populi illius doctores,
 ninarum denique gubernatores; si inquam de Sa-
 cramentis disponant, religionem dirigant, &
 eam tractent, Sacrificia offerant, crucis my-
 sterium

rium representent, Missam celebrent, quæ omnis legis veteris complementum est & perfectio, verum passionis memoriale, & rerum omnium altissimū dignissimumq; vobiscum dispicite, ecquæ illis ~~se~~ dispositio sit necessaria, priusquam ad augustum hoc sacrificium accedant, cuius ne Angeli quidem digni sunt esse ministri. Vnde magnus Dionysius, *Ad Sanctissimum euntes Sacrificium, mundari cōuenit ab ipsis vltimis phantasmatibus*: id est cogitationibus, quæ in Sacerdote mundæ sanctæque sint oportet.

Magnus Patriarcha Iacob à Deo vocatus, vt Sacrificia offerret in altaribus Bethel, vniuersam conuocauit familiam, seruisque congregatis ait, *Abijcite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra.* Sacerdoti, qui quotidie ab eodem Deo vocatur, vt regale illud Missæ Sacrificium in Ecclesiæ ara offerret, idem omnino facere incumbit, omnes inquam animæ facultates, quæ eiusdem quodammodo famuli sunt, in vnum recolligere; mundum, carnem, diabolum, qui idola & dij alieni sunt, abijcere, conscientiam mundare, & quamprimum non habitus, non colores, sed mores & consuetudines mutare.

Præcepit in veteri testamento Deus, vt mensa, super quam panes propositionis ponerentur, ex ligno Setim compingeretur, ligno inquam incorruptibili, eaque circumquaque auro circumuestiretur, & munda semper esset. *Facies mensam de lignis Setim, & super mensam purissimam coram Domino statues, &c.* Panes hi figura erant sacri panis Eucharistici, quotidie in missæ Sacrificio oblati; mensa verò in qua reponitur, manus sunt & corda Sacerdotum. Ex lignis igitur

De Ecclesiæ
hier. c. 3.

Vocatio
Iacob allegorice
exposita.
Gen. 35.

Sacerdotis
cor collatum
cū mensa
propositionis.

Exod. 25.

Leuit. 24.

3. Reg. 7.

tur

tur Setim ea compingantur necesse est, id est ab omni peccato & corruptione sint libera, virtute incrustata, insuper mundissima.

Septennio Salomon in templo constructo occupatus.

1. Paralip. 29.

Septennium Salomon rex in templo Ierosolymitano, quod inter septem orbis miracula numerari posset, ædificando impendit, in quo tantum sola virga Aaron, mannae urna, & legum tabulae asseruabantur; dicebatque omnibus, quod tantam operis molem & elegantiam animique propositum & sublimes conceptus demeruerantur, *Grande opus; non enim homini, sed Deo preparatur habitatio.* Sacerdoti profecto, cui concessum est, quotidie non iam manna, non legum tabulas, sed omnium horum veritatem, & ipsius legis auctorem anima continere, longius tempus insumendum esset, & maior opera impendenda ad cordis templum exstruendum, ad dignè illum ibidem recipiendum, sibi que persolvere deberet, sublime id & grande opus esse, cum non homini, sed ipsi diuinitati hocce statuatur domicilium.

Historia Miphiboseth mystice exposita 2. Reg. 9.

Miphiboseth sanguine ortus regio, semembrorum usu captus, & mancus, cum à Davide Rege inuitaretur, ut quotidie ad mensam illius ederet & biberet, magni hanc dignitatem fecit, seseque tanto honore indignum iudicatum rege adorato ait, *Quis ego sum seruus, quomodo respexisti super canem mortuum similem mei?* Sacerdos qui in terris princeps est, & regia progenitus, quiue quotidie magno cum honore à Deo inuitatur, ut caelestem quemdam in altaris mensa, sumat cibum & ad Epulum Eucharisticum vocatur, qui quod ad infirmitatem, claudus & mancus est, inque anima peccator mirum in modum difformatus; an non quotidie

tantus

tantum honorem demiratus, indignum se iudicare deberet & tantæ gratiæ incapacem, Deumque & Regem suum adorando dicere, Quis ego sum Domine, ut me indignum respicere dignatus sis, meque honore tanto afficere, tuus ut sim conuiua, hospes & commensalis, ipse qui nihil sum, qui mera corruptio, qui putor & propudium sordium.

Puellæ quæ in delicias regis Assueri asseruabantur, anno integro in gynecæio includebantur, priusquã à rege conspicerentur, in quo vnicę venustati comparandæ adaugendæq; studebant, antequam tum comendo pingendoq; tum ornamenta pretiosa, moniliaq; colligendo, ut si quando ad regem ingrederentur, in eius oculis gratiam inuenirēt, nihilq; illis perfectionis deesset aut decoris, *Ut*

sex mensibus oleo ungerentur myrrhino, & alijs sex quibusdam pigmentis & aromatibus vterentur.

Harum puellarum exemplo, deberent Sacerdotes, quorum animę puellæ inquam illæ cælestes, semper coram Deo astant, impendere, si non annum, aliquod saltem tempus, ad se præparandũ, conscientiamq; exornandam, ut cum ad Altaris mysteria accederent, nihil omnino in ijs repeririatur, quod diuinæ maiestatis oculis displiceat.

Scriptum in Prouerbijis suis Salomon, *Quando sederis, inquit, ut comedas cum principe, diligenter attende, quæ apposita sunt ante faciem tuam.* Sacerdotibus hoc expressè scriptum est, quos Spiritus sanctus commonefacere vult, ut cum quotidie non ad mensam Regis, sed Dei invitati sint, diligentē sui rationem habeant, cōscientiã examinent, merita excutiant, accurateq; perpendant, quibus cibis pascantur, pane scilicet angelico, manna cælesti, corpore & sanguine Iesu

Preparatio puellarum perficarum ad regem ingrederentur.

Estb. 2.

Sacerdotes quotidie à mensa Dei pascantur. Prou. 23.

Iesu

Iesu Christi; quibus ferculis digniora nulla, admirabilioraque haberi possunt.

Qui pedis- Nabuchodonosor rex, Asphenes Eunuchorum principi præcepit, ut in pueros domesticos, de Hebræorum tamen regum natos sanguine, qui in obsequiū & ministerium illius destinabantur, non alios se- ligeret, quàm decoros, bonæ indolis, & in quibus nullum reperire esset næuum. *Pueros in quibus nulla esset macula, decoros forma, & eruditæ omni sapientia.* An non hoc

Dan. 1.

Parabolæ
de nupti-
js sensus
moralis.

Matth. 12.

Sacerdotibus applicare licet? ipsi quippe sunt qui à Patriarchis originem trahentes, & regibus dignitate non inferiores, destinati sunt, non ut famuli sint, sed nobiles & familiares omnipotentis, & maiestatis illius vicarij, ut eiden- seruiant, eiusque Sacramenta in Ecclesiæ aula dispēset; an non igitur decori sint oportet, & famuli ab omni peccato immunes, sapienter excellētes, & scientia repleti, nullus ut in omnium eorum conuersatione næuus reperiatur?

Scriptum est in Euangelio, regem quemdam nuptias celebrasse, & multos ad easdem vocatos ingressumque ubi erant discumbentes, vidit quemdam oculis per omnia coniectis, non vestitum veste nuptiali, cuius imprudentiam audaciamque non ferens ait, *Amice quomodo intraisti non habens vestem nuptialem?* atque dictis seruis imperasse, ut eum manus pedesque vincitum eijcerent in tenebras exteriores. Hinc riam hanc examinans, Sacerdotibus illam applicare est animus. Ipsi scilicet sunt qui quotiens ad regias nuptias & admirabile illud epulæ quod Deus circa Sacramentum Altaris in Ecclesiæ aula præparat, inuitantur; at si adeo sint

pudentes, vt ad id se ingerere audeant lacera conscientia, corde per peccata dilaniato, ac veste nuptiali quæ est innocentia, destitutos, an non timere debent, ne Deus irascatur, inque eorum temeritatis castigationem Ecclesia eosdem eijciat, inferno illos, in quo tenebræ sunt exteriores, mancipando?

Magna illa serâ quinta in cænâ Domini, quæ amarâ Domini passionem præcessit, at die institutione Sacramenti Eucharistici, & Missæ confirmatione beatâ, Redemptor pedes Apostolorum lauit, priusquam sacram illis communionem impertiret, & ad tam magnificum illorum inuicaret, Deinde misit aquam in peluim, & cepit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præinctus. Notabile profectò exemplum, quòd si Christus discipulis sacram porrigere communionem noluit, nisi prius pedes eorum abluisset: multo magis Sacerdotes Apostolorum successores ab altari suo arcebit, præmbebitque ne in Missa sacram communionem percipiant, nisi prius desideria & affectiones eorum, quæ animæ pedes sunt, mundatæ & ablutæ sint.

Christus
suorum
pedes lauit
antequam
Eucharisti
am ijs por
tiggeret.

Ioan. 13.

Exod. 19.

Sacerdotes

Exod. 30.

Dicebat lex vetus, Sacerdotes qui accedunt ad Dominum sanctificentur, ne percutiat eos, &c. vt ostenderet scilicet, Sacerdotes, qui ad diuinorum mysteriorum tractationem vocati sunt, sanctos esse debere, alioquin diuinæ vltionis manus non euasuros.

Scriptum est in Exodo, Missa aqua lauabunt in ea Aaron & filij eius manus suas ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri sunt ad altare, &c. Quo mysterio designatur, sacerdotem Evangelicum altare accedere

F

Sacerdotis cogitationes sine mundæ. cedere non debere, imo ne Ecclesiam quidem ingredi, nisi manus pedesque purgatos haberit, id est, nisi opera cogitationesque penitus munda sint, id est omnis vitij expertia, ne alioquin mortem damnationemque sempiternam incurrat.

Exod. 40. Puritas Sacerdoti necessaria. Præcepit olim Moyfi Deus, Applicabis autem & filios eius ad fores tabernaculi testimonij, & totos aqua indues sanctis vestibus ut ministrent tibi, & vinctio eorum in Sacerdotium sempiternum proficiat. Ablutio hæc & sancta haec vestimenta aliud non iudicabant, quam munditiam sanctitatemque Sacerdotibus necessariam.

Sacerdotes sint sine macula. Homo, inquit Moyfi Deus, de semine tuo, si habuerit maculam, non offeret panes Deo, nec accedet ad ministerium eius. Hinc euidenter colligi potest Sacerdotes omnis maculæ experti esse debere, atque eos qui aliquo peccati nota inquinati sunt indignos esse, qui Deo panem Angelorum in Missa offerant, imo ne reri quidem, ut ad Sacramenta illius accessum accedant.

Prou. 9. Sacerdotes sint humiles & sapientes. Sapientia, inquit Sapiens, immolauit vitulas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam paruulis dicens: venite, comedite panem meum & bibite vinum quod miscui vobis. Sapientia mensa est altare Missæ, in qua regium Eucharistie epulum, sub panis & vini speciebus erectum est, at soli paruuli, id est humiles & Sapientes, ad Sapientie mensam accedere merentur.

Eccli. 35. Noli offerre munera praua, non enim accipiet illa Dominus, ait Sapiens. Is vero per

ram sacrificat, & praua munera offert, qui impura anima eadem offert & corde profano: Sacerdos Sacerdos autem qui hac ratione Sacrificia sua offert, persuadere sibi debet, hæc Deo displicere.

Ab ortu solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum. Hæc Propheta, Cuius verba Concilium Tridentinum de Sacrosancto Missæ Sacrificio interpretatur, & longo antetempore S. Clemens, Irenæus, Iustinus Martyr, Augustinus & Eusebius. Designare autem Propheta voluit, quod quemadmodum oblatio hæc munda erat, ita quoque mundos esse debere eos, qui eandem offerrent, Deoque repræsentarent.

Ait in Euangelio Dominus, Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo. Egregium Sacerdotibus documentum, quibus ex officio incumbit Sacrificia offerre, ut scilicet ad aram non accedant, quamdiu in malo statu sunt, & cum proximo in gratiam non redierunt. Prohibiti enim sunt magnum Missæ Sacrificium offerre, nisi prius se fratri reconciliarint.

Ego sum panis vite (ait in Euangelio Dominus) ego sum panis viuus, qui de cel descend. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in aeternum; Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Sacerdotes sunt

Mal. 1.
Deff. 22. c. 1.
Sacerdotes sunt mudi.
Lib. 7. Const.
Ap. 21. contra hæres. l. 4. c. 32. dial. cont. Iudeos. l. 18. de ciuit. c. 34. l. 1. de demonstr. Euang.
Matth. 5.
Sacerdos offerre non debet in statu damnationis.
Ioan. 6.
Sacerdotes sunt sine peccato.



sunt qui manducant hunc panem & ex hac carne viuunt; viuentes igitur sint, id est ab omni peccato immunes: mortuus enim, qualis est peccator, cibi non amplius capax est: peccator verò qui verè mortuus est, cum anima eius vitæ sit expers, panem hunc cælestem manducare nequit, cum non nisi viuacium sit corpus, qui scilicet panis est vitæ.

I. Cor. 10.

Sacerdotes indigni sunt participatione corporis Christi. si in anima peccatum habent.

I. Cor. 11.

Celebrantes indignè celebrant ad animæ damnationem.

Panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? ait Apostolus Sacerdotibus loquens. Profecto indignum videtur, Sacerdotes qui panem hunc sacrum in altari frangunt corde immundo & impuro inquinati, corpori Domini participare, qui ipsa puritas est, imò verò potius mortis eius rei sunt, & terribilia illius iudicia promerentur.

Quotiescumque, ait Apostolus, *manducatis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat; qui enim manducat & bibit indignè iudicium sibi manducat & bibit non diuidens corpus Domini.* Sacerdotes qui quotidie sacrum illum panem comedunt, & calicem bibent, annuntiant mortem & passionem Domini in sacrificio Missæ, probare seipsos debent, si que merita explorare; si enim indignè receperint, iudicium, damnationem, & panem sempiternam sibi manducant.

Missæ omnium deuotionis genere dicenda est.

Cap. 9. de offic. Sacer.

Si tanto mentis ardore preces qualibet dicentur, quanta putamus, deuotione sacrosanctæ Missæ ministerium, in quo corporis & sanguinis Domini Sacramenta tractantur, peragendum est, ait Concilium Coloniense. *Dolemus inquit, exhorrescimus, cum tot vbique Sacerdotes*

nimus tantis mysterijs indignos, velut mercenarios: & quamuis criminum publicorum manifestorumque rei sunt, magna tamen irreuerentia, sese sæpe etiam potius lucri causa, quam ob Dei honorem, rebus sacris immiscet, quorum calamitas in proximo, quibusque interitus vicinus est. Hoc notate velim Sacerdotes, vobiscumque perspicite, si deuotio in precibus necessaria est, in Missæ sacrificio eam magis requiri.

*Si non decet ad sacras vllas functiones quem-
piam accedere nisi sanctè; certe quo magis san-
ctitas & diuinitas celestis Eucharistia Sacramenti
viro Christiano, & præsertim Sacerdoti com-
perta est, eo diligentius cauere ille debet, ne abs-
que magna reuerentia & sanctitate ad id percipi-
endum accedat, maximè cum apud Apostolum
mina indignè sumentibus proponantur, si quis indig-
nè manducat, iudicium sibi manducat. O verba
horribilia! Sacerdos qui indignè ad altare ac-
cedit, seipsum perdit, damnat, & flammis addi-
cit æternis.*

Quamobrem, subnectit idem concilium, Communicaturus præcepti illius Apostolici re-
cordetur, Probet autem seipsum homo; Ecclesiasti-
ca autem consuetudo declarat, eam probationem ne-
cessariam esse, vt nullus sibi conscius peccati mor-
talis, quantumuis sibi contritus videatur, absque
præmissa sacramentali confessione, ad sacram Eu-
charistiam accedere debeat. Quod Concilium,
ab omnibus Christianis voluit vsurpari & in-
uiolate teneri, à Sacerdotibus tamen, imprimis
obseruari decreuit iam celebrare paratis, mo-
dò confessores ad manum sunt. Si verò in sum-

Sacerdos
magna re-
uerentia
celebret.

1. Cor. II.
Concil. Trid.
sess. 13. c. 7.

Ubid.

Sacerdos
confitea-
tur prius-
quam ce-
lebrat.

*Homil. in
Encenijs.
Insignis
Chrystos-
mi medi-
tatio,*

*Omni re-
uerentia &
deuotione
in Missa o-
pus est.*

ma necessitate Sacerdotem ad manum non ha-
beant, & ita non facta confessione celebrent,
prima data opportunitate deinde confiteantur.
Illi verò Concilij decretum violant, qui con-
fessione non præmissa, nec peccatis in poeniten-
tiæ tribunali examinatis, ad celebrandum accedunt.

*Accedentes, inquit Chrysoftomus, ad Euchar-
stiam, ne putetis quodd accipiatis diuinum corpus ab
homine, sed ex ipsius Seraphim forcipe ignem, quem
scilicet Isaias vidit, vos excipere. Cogit at e sa-
guinem illum salutare, è diuino illo & impollu-
latere fluere, atque ideo vos omni reuerentia ad
lum accedentes, labijs illum sanctis excipite. Quo
propter obsecro vos fratres & coniuo, ne ab Ecclē-
sia absumus, ne altaria deseramus, ne colloquijs
occupemur, sed maneamus trepidi & timidi, ocu-
deiectis in terram, corde humiliato, & animo con-
trito. An non videtis eos qui aulam sectantur, &
gi temporali assistunt, regi terrestri, regi incommen-
ptibili, regi mille casibus & infortunijs obnoxio.
O beatos Sacerdotes, qui hanc reuerentiam pro
oculis habent, & hæc animo volunt!*

*Quanta cura adhibenda sit, vt sacrosanctum
Missæ Sacrificium: omni religionis cultu ac ven-
ratione celebretur, quibus facile existimare poterit
qui attenderit illum in scriptura maledicti, qui op-
Dei facit negligenter. Si verò necessarid fatendum
est, nullum inter fideles haberi opus sanctius aut
uimus, quàm tremendum hoc Sacrificium, in quo
uiuens illa hostia, quæ nos Deo patri recon-
auit, quotidie in altaribus Sacerdotum man-*

immolatur; fatendum etiam est, omnem ad hoc concil. Trid. diligentiam adhibendam, & omni contentione e-
 laborandum, vt quàm maxima fieri potest puritate, reformationis,
 animi & deuotione exteriori perficiatur.

In hanc materiam incidens Ambrosius, & Ambros. l. 1. Sacerdotum veterum vestium ablutionem modo de officio, raliter exponens ait, Si tot in figuris opus erat. 50. ceremonijs, quid non fiet in veritate? disce, inquit, Sacerdos, quid sit vestimenta tua abluere, disce quid sit corpus mundum in administratione Sacramentorum afferre. Si populus sine ablutione vestimentorum suorum prohibebatur accedere ad hostiam suam, tu illo tempore pariter & corpore audes pro alijs supplicare, audesq. pro alijs ministrare? & verè. Si enim Sacerdotes Mosaici ad mactanda animalia & sanguinis effusionem vocati puritatem ita complexi sint; an non Sacerdotes Euangelici eam cariorem adhuc habeant, eum ad officium sanctius & diuinius longè appellati sint?

Nullum inter omnia sacrificia (scribitur in Canone) maius aut dignius quàm corpus & sanguis Iesu Christi, nullaque in orbe oblatio haberi potest excellentior: hæc enim ceteras omnes longè transcendit. Quapropter scientia pura Domino illa offerenda, & anima penitus sancta recipienda, & sicut potior est ceteris, ita potius excoli & honorari debet. Hoc vobis argumentum vsui sit Sacerdotes, & si agnoscatis quàm sanctum hoc mysterium sit, considerate etiam eadem operâ, quanta ad hoc sanctitas sit necessaria.

Nullum sacrificium
 Missæ Sa-
 crificio
 compar.
 Alex. Epist.
 1. de consecr.
 dist. 2. c. eod.

De dispens. Nunquam mihi, scribit Bernardus, contingat
& precept. turbatum accedere ad pacis sacrificium, cum in
 & disceptatione contingere Sacramentum, in quo
 Deus indubitanter est mundum reconcilians sibi.
 Certum est quod nunquam recipiet hostias meas,
 quas illi ad altare offero, nisi prius vadam reconcilia-
 ri fratri meo; quanto minus, si mecum ipse bellum
 gesserit, si motus & seditiones sint in anima, ac mihi
 ipsi non reconcilietur? Quid igitur facitis Sacerdo-
 tes, cum ira & furore extuantes ad tremendum
 hoc mysterium acceditis, & Sacramenta tam
 sublimia tractatis, bellum internè fouentes &
 cor schismate distractum habentes.

Mundities Custodire debes pudicitiam manuum, ait S. Bo-
externa Sa- nauentura, quantum potes, & omnium mem-
cerdotibus brorum tuorum puritatem. Suadeo tibi ut qua-
necessaria dem apud omnes homines omni tempore, se-
S. Bonavent. praesertim cum Missam celebrare intendis, a
de prepar. omni te tactu custodias, non modo turpi & in-
ad Miss. c. 4. pudico, qui sine peccato non committitur, sed
 & ab omni alio indecenti & inhonesto. Tercio
 in te collige; aded ut nec actiones tuas, nec cogi-
 tationes aliò diuagentur & effluant. Hoc ca-
 silium seruate Sacerdotes, & in omnibus actio-
 nibus vestris, quin & in verbis, imò & cogitatio-
 nibus, munditiam seruate.

Sacerdotes Abstineant
 abstineant
 omni car-
 nali con-
 sortio.
1. Cor. 7.
Innoc. Pap.
dist. 31. c.
Nam sicut.
c. si Laicus.
luc. 9. 3. c.
 279.

*Apostolus Paulus ita Corinthiis scribit (in quo
 Papa Innocentius) Nolite fraudare invicem,
 forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi,
 iterum reuertimini in id ipsum. Secularibus hoc
 perat & laicis. Multo magis Sacerdotes, quibus
 orandi & sacrificandi iuge sacrificium est, semper
 debent ab huiusmodi consortio abstinere. Hoc
 cogitate Sacerdotes, & castè viuite, cum pu-
 dicitia orationis sit honor, & sacrificium gloria*

Est vetus admodum sacra legis auctoritas iam inde ab initio custodita, quod in templo anno vicis sua habitare precepti sunt Sacerdotes, vt seruientes sacris oblationibus puros & ab omni labe purgatos sibi vindicent diuina mysteria. Neque enim decet illos ad sacrificia admitti, qui carnalem habent consuetudinem etiam cum proprijs vxoribus. Scriptum est enim, sanctificote, quia ego sanctus sum, dicit Dominus Deus tuus. Hæc idem Papa Innocentius. Si vetus illa lex Leuitas & Sacerdotes amplexibus & commercijs coniugalibus, quæ tamen licita sunt, abstinere voluit, multo magis Euangelium Sacerdotes euangelicos ab amore lasciuo impudicoque abstinere volet, Sacerdotes inquam ad res tam sanctas tractandas destinatos?

Omne carnis contubernium, scribit in Lucam Venerabilis Beda, Leuitis antiquitus interdictum erat, quamdiu sacro ministerio fungebantur, quamuis feminarum vsus illis fuerit concessus ob legitimam continuam que liberorum successionem; nullus enim ad Sacerdotium aspirare poterat, nisi qui de tribu Leui descendisset. Quanto magis si Sacerdotes & Leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ seruare debent, quibus vel Sacerdotium vel ministerium sine successione est: & vix aliquis præterit dies, quo non vel sacrificijs occupentur, vel baptismo lustrent. Quibus omnibus efficere vult, in Sacerdotio puritatem indiuiduè contineri.

Cogitent omnes ait Chrysostr. qui ad communionem corporis Christi accedunt, eiusque pretiosum sanguinem gustant, recipere se sanguinem & corpus eius, qui cælorum habitaculo continetur, qui adoratur ab Angelis, qui poten-

Sacerdotibus verita carnalia consortii
Luc. 1.

Epist. 7. c. 1.
dist. 82. c.
proposuisti
dist. 31. c.
cod.

Pudicitia in Sacerdotibus requiritur.

Ambr. Ep. 1.
ad Tim. Beda
Luc. 1. 1.
1uo p. 6. c.
94. Innoc. P.
Ep. 3. c. 1.
dist. 82. c.

proposuisti.
Quid considerare Sacerdotes debeant dum comunicant.

Chrysof.
hom. 3. in
Epist. ad
Hephes.

tiæ summi Dei proximus est: cogitent inquam, quod adstat hic mensa regia, adsunt Angeli mensæ huius ministri, adest rex ipse: & tuoscit abudus stas sordidis indutus es, & nihil curas? Quid vestimenta tua anne munda sunt: a side & communica. Hoc tangit Sacerdotes, & admonet, emori pudore vos potius debere, quam tanta cum imunditia temeritateque atque exigua reuerentia tam diuina accedere Sacramenta.

Sacerdotes Ceterum Sacerdotes cum in statu gratiæ sunt celebrent frequenter celebrent, & præsertim Dominicis in festis & & festis diebus. Vnde Concilium Tridentinum dominicis. Curet Episcopus, ut Sacerdotes saltem diebus Dominicis & festis sollempnibus (si autem curam habuerint animarum tam frequenter, ut muneri concilij statuta vitam non ordinant, qui nisi aliquoties in anno Missarum celebrant sollempnia.

Commu-
nicare quo
tidie nec
vituperiū,
nec laudē
meretur.

De Eccles.
dogm. cap. 53
de consec.
dist. 2. c.
eod.

Quotidie (inquit Augustinus) Eucharistiæ communionem percipere nec laudo, nec vituperationibus tamen Dominicis communicandum suadent, & hortor, modo non impediatur conscientia, si enim peccandi adhuc voluntas perseveret, communio ipsa magis oberit quam proderit. quare qui communicare proposuerit, lacrymis & orationibus ad id se disponat. Cum igitur populo suadeat, singulis ut Dominicis ad communionem accedere consequenter sacerdotes exhortatur, ut ijs diebus Missam magna animi pietate celebrent.

S. Bonan. de
pr. ep. ad
Miss.
Sacerdos
non impe-

Cum Sacerdos absq; vlllo impedimento est, nec in anima peccatum habet, multis se haud dubie ministrat, & alios gratijs, si nõ ex reuerentia, sed negligentia celebrare omittit, tunc quantum in ipso

privat Trinitatem laude & gloria, Angelos letitia, peccatores venia, iustos subsidio & gratia, eos qui sunt in purgatorio consolatione, Ecclesiam beneficiis spirituali, seipsum medicina, & vero remedio adversus peccata, & infirmitates ordinarias. Celebrate igitur sæpe Sacerdotes, cum hac ratione honoretis Deum, Angelos & homines; quod cum facere negligitis, tot damna causamini, & iniuriam egregiam mundo infertis.

Quicumque Missam celebrare potest, nec celebrat, iniuriam magnam facit, & uniuersum mundum offendit. Nam ut magnus ait Ambrosius, Quotiescunque effunditur sanguis Christi, toties in remissionem peccatorum effunditur, deo illum semper accipere, ut semper mihi peccata dimittantur; & cum semper pecco, semper etiam medicina indigeo. Male igitur vobis consulitis Sacerdotes, qui tam raro celebratis; vestra enim negligentia peccatorum impedit remissionem, & tantarum gratiarum defluxum.

Sacerdos, ait idem Bonauentura, qui dum potest, Missam celebrare negligit; priuat se omnibus bonis prouenientibus ex sacra communionem, quæ sunt peccatorum remissio, fomitis mitigatio, metis illuminatio, interior refectio, cum Deo unio, cum mystico Christi corpore, incorporatio, virtutum stabilimentum, contra inimicum defensio, spei eleuatio, charitatis inflammatio, deuotionis augmentum, & commune cum Angelis conuiuium. Non igitur anima propones sæpe Missam celebrare, cum per eam omnium bonorum genere replear, eam autem omittendo tot me commodis priuem, destruam, & miserum me reddam.

Sacerdos

ditus nec celebrans multis se bonis spoliatur.

Sacerdos non celebrans mundo iniuriam irrogat.

De consecr. dist. 2. Bonau. vbi supra.

Ibid. ex Ven. Bedu. S. Thom. p. 3. q. 82. a. 10. Bonis se priuat infertis.

quam, i mensa, lus stat, stimen- ca. Voi ori pra um im- eueren- ciz sunt miniciu- tantinum, ebus Do um hab- ueri so- rō iura- qui non- rant lo- stia con- pero om- suad- is statu- t, con- quare p- ationem- deat. in- accete- rt ijs ip- ebreo- st. nec- de ubi- tia. sed- in ipso- priu-

Euacuat Sacerdos celebrare qui negligit, viaticum
cultum Dei suæ peregrinationis negligit, periculo se mortis
exponens; alimentum enim corporis Christi &

Beda & **D.** vitæ vegetationem non recipiens, instar mem-
Thom. p. 3. q. 3. 9. bri ficci & emedullati redditur, quod nullum
82. amplius recipere potest nutrimentum. Denique

quantum in se est, euacuat diuinum cultum &
latriam creatori debitam, ingratus de benefi-
cijs. Quis igitur Sacerdos hæc audiendo, non
contremiscat, & non sapius celebrare propo-
nat, cum celebrationem omittens Dei honoris
iniuriam irroget, & pulcherrimum illius cultum
destruat, qui in Missæ sacrificio confisit

Num. 9.

Lex vetus est, si quis mundus est, id est ab omni
peccato mortali liber, & in itinere non fuerit, &
Vetus præceptum de est, non impeditus, & non fecerit phise, anima
celebrando pascha. de populo suo exterminabitur, quia sacrificium
obtulit Deo Domino tempore suo. Quanto magis

S. Bonau. de
præpar. ad
Miss.

Hortatio
S. Bonau
ad sacer-
dotes.

S. Bonau. ubi
super c. 5. ex
Beda.

in lege gratiæ puniendi sunt negligentes illi
vecordes, qui ab omni peccato liberi, & impo-
dimento carentes, tempore suo Aeterno Deo
primarium hoc sacrificium non offerunt.

Eia igitur Sacerdos (ait Seraphicus Bonauer
tura) quantum potes toto conatu, per exercitium
operis lacrymarum contritionem, & deuotionem
flammam, expelle à te omnem teporem & negligenti-
tiam, ne inueniaris respuere tantorum charissimorum
dona, &c. Sanè Sacerdos qui se in celebrando
pidum ostendit, eo ipso euidenter ostendit
summa se illa beneficia negligere.

Sacerdos
si ieiunus
dum cele-
brat.

Sed nec hoc satis est, requiritur enim vt
Missam celebrat, ieiunus sit nec quidquam
die sumpserit. Placuit enim (inquit S. Augustinus
Spiritus

S. August. de consecrat. dist. 2. c. Liquido, & Conc. Tolet. 7. q. 1. c. 1.
Ill. de cōsec. dist. 2. c. Sacramenta altaris.

Spiritui S. vt in honorem tanti Sacramenti, scilicet Eucharistia, prius in os Christiani corpus intraret, quam ceteri cibi. Atque adeo Concilium Toletanum innuit, Sacerdoti dum vel minimum quid comedit, nefas esse sacrificium Missæ celebrare. Dignitas quippe cibi tam pretiosi & delicati ceteris præferri cibis meretur, quod qui facere neglexerit, læsæ maiestatis diuinæ crimen incurrit.

Requiritur ad hæc Missam duob. ad minimū præsentib. celebrari, nā sic S. Soter Papa decretum, Nullus presbyterorum Missarū sollemnia celebrare præsumat, nisi duobus præsentibus sibiq. respondentibus ipse tertius habeatur. Salutare & pium hocce decretum est: cum enim Missa publica quædam sit actio & authentica, non nisi coram alijs peragi potest.

Ius super Missa eiusdē potestatis & valoris est, quā bonus & quā improbus Sacerdos celebrat, nam eadē est boni & scelerati Sacerdotis quoad consecrationem potestas & auctoritas; atque vt magnus ait Augustinus, intra Catholicam Ecclesiam in mysterio corporis & sanguinis Domini nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur Sacerdote. Et meritò quidem, neque enim consecratis merito, sed creatoris verbis & Spiritus sancti virtute magnum hoc sacrificium peragitur.

Tam bonus fuit panis quem attulit coruus Eliæ in deserto esurienti, quam quem attulit Danieli in lacu Babylonico. Ita quoque tam bona est Missa & administratio Sacramentorum à nefario Sacerdote profecta, quam quæ ab alio iustiore celebratur.

Missæ duobus præsentibus celebranda
De cons. c. dist. l. c. Hoc quoque c. Episcopus Deo Sacerdos tam bonus quam malus eiusdem in consecrando potestatis
1. q. 1. c. eod. Tam boni Missa mali quam boni Sacerdotis.
3. Reg. 17. & Dan. 14.

Siquis

Sess. 7. c. 12. Si quis dixerit, inquit Concilium Tridentinum, ministrum in peccato mortali existentem (dummodo omnia essentialia quæ ad Sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, seruauerit) non conficere, aut conferre Sacramentum, anathema sit. Mirabilis profectò potestas Sacerdotem etiam peccatorem sine dubio & certo consecrare, & tam ipsum quàm ipsum & sanctum in hoc operari mysterio.

Sess. 14. c. 5. sancta Synodus, etiam Sacerdotes qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritus sancti in ordine collatam, tamquam Christi ministros, functionem remittendi peccata exercere. Errant igitur & falluntur, qui persuadere sibi conantur, hanc Sacerdotibus nequam potestatem non inueniri. Certum est enim, Sacerdotes improbos, in quibusque Sacramentorum administrationem concedunt, eadem cælitus donatos esse potestate, quæ iusti & sancti.

Omnes officio æquales. Quicumque Sacerdotes, ait S. Leo, et si dispares sint merito, pares tamen sunt officio: nec pariter ob meritum id negare, quod officij est; alioquin Sacerdotium subsistere non posset, si aut minus aut augeri, aut iuxta meritorum discrepantiam variari posset; & tot essent Sacerdotia, quot in orbe reperiuntur homines. Ordo in se hanc virtutem includit, ut omnes illòs pares reddat hunc qui characterem gestant, & eodem in exercitio eandem singulis Sacerdotibus gratia ac potestatem elargiatur.

August. 1. q. VI sit quisque verus Sacerdos, oportet ut non solum Sacramento, sed etiam iustitia induatur, & tract. 6. in scriptum est, Sacerdotes tui induantur iustitiam. Ioan. dist. 19. & qui nõ nisi Sacerdos est per Sacramentum, quod est secundum.

fuit Pontifex Caiphas, ille veri Sacerdotis persecutor, quamvis verus Sacerdos non fuerit, quod tamen largitur verū est, cum nihil det suum, sed quod Dei. memento igitur, mores aut improbam improborum vitam nullum Sacramentis Dei damnum afferre, quo aut minora aut minus sancta sint. Dicere vult Sacerdotem etiam scelestum ac flagitiosum tam bene operari, tantaque virtute Sacramenta conferre, quanta iustissimus quisque.

Psal. 138.

Vita Sacerdotis improbi nihil Sacramentis obest.

Nullo detrimento is qui suscipit afficitur, etiamsi is qui tribuit, indignus esse videatur. Nam mysteria incontaminata contaminari nequeunt, quamvis Sacerdos qui eadem administrat, ceteros homines in peccato antecellat. Vera sunt hæc omnia, Sacerdotes: quamvis enim improbi sitis, vitaque vestra nefaria, quidquid tamen quoad Sacramentorum administrationem peragitis, validum & ratum est: attamen damnationem vobis ipsis accessistis; cum verò in statu sitis gratiæ, meritum opus facitis.

Isidor. Pe-
lus. l. 3. epist. 340.
l. 1. epist. 120
l. 2. epist. 37
Aug. 1. q. 1. c.
dictum est.
Sacerdotes
mysteria
non inquis-
nant.

CAPVT X.

De Sacerdotum orationibus ac precibus.

Boni Sacerdotis, inquit Augustinus, arma, lectio & oratio: vita enim iusti lectione instruitur & oratione insignitur. Hæc scilicet vera arma sunt, quibus oppugnatur & expugnatur diabolus, instrumenta sunt, quibus beatitudo acquiritur, flagella sunt quibus vitia exagitantur; alimenta sunt denique, quibus virtutes enutriuntur. Orationi igitur incumbite Sacerdotes.

Sacerdotū
arma lectio
& oratio.
Burchard. l.
2. c. 100. ex
D. August.
Iuop. 6. c.
177.

Ipsa